ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GUIDO DE MONTE ROCHERII. THOMAS EBENDORFER. NICOLAUS DE DINKELSBÜHL. NICOLAUS DE GRAETZ. SPECULUM HUMANAE SALVATIONIS

um 1420/1453 (nach Wasserzeichenbefund) Seite 36v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=549
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



institutum / ordinauit diuinos
introitus / secundum diuinitatem /
festorum / et de illo psalmo
qui loco introitus cantabat
accepit vnum versum / et
est credendum / quod in diebus fe-
stiuis introitus bis cantat
ad designandum quod in xpo sunt
due nature scz diuina et hu-
mana / in solemnitatibus
vero ter dicat ad designandum
tria tempora / scilicet tempus quod
fuit ante legem / et tempus
sub lege / et tempus gratie / im-
primit duabus vicibus dicit
submissa voce quia in primis
duobus temporibus non apere
uer clare loquebatur de xpo
nec de eccla / Tertia au-
tem vice dicit alte / quia in
tertio tempore in omnem terram
exiuit sonus eorum euange-
liorum / post introitum sequi-
tur kyrieleyson / xpeleyson
kyrieleyson / idem est quod do-
mine miserere / et dicitur ter
propter patrem et filium et spi-
ritum sanctum / vnumquodque
ter ac terties / et dicit no-
nies in toto / propter nouem
choros angelorum et ordines
quibus virtute missi or-
dinati et associati primo
et in diebus solemnibus
post kyrieleyson cantat
primus angelicus / scilicet
gloria in excelsis deo / que
quidem primum in natiui-
tate christi angeli cantauerunt / usque ibi bone volun-
tatis / reliqua omnia filii
adorando te que fecerunt be-
atus hilarius episcopus pic-
tauiensis apposuit / et ad
missam cantauit / et cantari
instituit / et debet cantari is-
to primo in festiuitatibus
sanctorum apostolorum mar-
tirum et confessorum / in quo-
rum honore dedicata est
ecclia / et in festis bte ma-
rie virginis / sed non in die-
bus festiuis cantat missa
de beata virgine maria / ut
de spiritu sancto / uel de quorum-
ps alio sancto / nisi debet
in eis primus angelicus
cantare uel symbolum / licet
in missa pria priuata can-
tet / et ratio est / ut dicit
certum de celebratione missa-
rum / tal. Consilium / ut inter
quotidianam et solemnem
differencia ostendat / In sa-
bato autem non cantat de
beata virgine credo / quia de
beata dicitur credo gloria in
excelsis deo / quia illa di-
es specialiter est dedicata
beate virgine marie
propter multa que non ocurrunt
hic dicta / Dicto autem primo
angelico sacerdos con-
uersus ad populum / salutat
eum dicendo / dominus vobiscum
que salutatio fuit sumpta